

CLASSICVS GERMANORVM DVX.



Classicus apud Germanos Vespasiani Imperatoris tempore in magna authoritate fuit. Itaque Geldrenses Cattorum socij ob plurimas eius uirtutes hunc sibi principem constituerunt. Accidit autem eo tempore quod Iulius Civilis in Imperatoris sui iram incidisset, ita ut supplicio afficiendus foret. Itaque Iulius hunc Clasicum & Tutorem eius socium in auxilium asciuit, atque Cæsareo præfecto egregie restitut. In eo bello Clasci uirtutes mirabiles prædicantur. Nam Romanos aggressus aliquoties superauit, ac tandem effecit, ut Iulius honestis conditionibus in

gratiam reciperetur. Itaque factum ut Clasicus apud suos & apud hostes egregiam fortitudinis opinionem nactus fuerit, anno nonagesimo quinto. id quod ex Cornelij Taciti fragmentis deprehendi potest. Cor. Tacit. Crantz. Sax. libro i. capite 15.